

Inter praesides recipi non possunt:

Q. Herennius Silvius Maximus (PIR<sup>2</sup> H 131; RE VIII 780, n. 47).  
— Sub. M. Aurelio ? — *legat. leg. II Italicae et alae Antoniniana* CIL IX 2213 = D. 1164, *Telesia*.

Ti. Claudius Candidus (PIR<sup>2</sup> C 823; RE III 2691 sq., n. 96). —  
— Aetate Septimii Severi. — *dux terra marique adversus rebelles h(ostes) p(ublicos)*. . . *Noricae*, CIL II 4114 = D. 1140. *Tarraco*.

Linz | Donau.

G. Winkler.

Vesna Parun:

### De reditu in arborem temporis

Vobis interrogantibus unde mihi audacia  
quod ecce de integro solariter de amore cantem  
cum eum in arca ex nigro carmine condidi  
et in ala avium deposui.

Audite: ego semper mihi ipsi redeo  
et res detecta spectat me in cortice omnium arborum  
in quibus cultro recordationes incido.

Sed si arbor mortua  
et nunc iam nuper carbo facta,  
profunde in terram manus meas obruam  
ut eam ut carbonem effodiam.

Post annos decem si rediero  
ut saxum eum effodiam,  
post centum aut plures annos si rediero  
manus meas etiam profundius tendam et nihil inveniam.

Quia et saxum non ut saxum permanet.  
Quia et saxum aliquo demigrat.  
Pro itinere eius ne interrogaveritis  
sed mihi canere et redire demittatis  
in radicem mei carminis, profundissime mihi ipsi.

Zagreb.

Vertit: T. Smerdel.